

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. II. Vtrùm omnis habitus virtutis sit essentialiter virtus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

DISPVTATIO LXXXVII.

De Virtutibus in genere.

E habitibus longam hic à nonnullis Disputationem institutam video; **V** quid sint, quod eorum munus, à quo principio procedant, in quibus rebus inveniantur, cui insint subiecto, quo pacto inter se distinguantur, qua ratione augeantur ac minuantur, **V** id genus alia circa eorum natu-ram inquire. Hæc tamen omnia latè in Philosophiâ tractari Diff. XXVIII. XXIX. XXX. & XXXI. de Animâ: quare his omisſis, de habitibus in particulari, seu de virtutibus & viriis aliquid attexam, veluti præludium ad ea, que de his speciatim inferius sunt disputanda, utpote de quibus peculiares postea instituendi sunt tractatus.

SECTIO PRIMA.

Nonnulla circa Virtutis in genere na-turam annotantur.

I.
Virtus no-men diver-si modis ac-cipi ab au-
toribus fo-
let.

Principia
virtutis ac-
ceptio.

Vnde virtutis nomen si-
deductum.

II.
De quo vir-tutis notio
& natura
consistat.

Qno sensu
virtus sit
ars recte vi-vendi.

VIRTUTIS nomen variè à variis fu-mi solet: primò pro quaenunque rei perfectione, seu facultate operandi: sic Psal. 32. vers. 26. dicitur: Verbo Domini cali firmati sunt, & spitu oris ejus omnis virtus eorum. Secundo virtus di-citur opus aliquod excellens: sic sumitur Marci 6. v. 5. Non poterat ibi virtutem ullam facere. Tertiò, ut alias virtutis acceptiones omittam, virtus signifi-cat actum aliquem bonum moralem, vel hujus-modi actus principium, habitum scilicet, ad illum producendum peculiariter ordinatum. Hæc est precipua virtutis acceptio, & hoc sensu disputant de ea in præsenti Theologi, nempe quali de vi quadam, per quam homines, insurgentes contra rationem animi motus devincunt, vitamque ad omnem honestatem, moresque hominæ dignos instituunt: qua de causâ virtutis nomen à vi ali-qui, alii à viro defumptum esse volunt, quod nimurum ad illam inter tot perturbationes ac passio-nes, vehementesque nature, jam per peccatum depravata, ad virtus affectus, constanter exerce-ndam, viribus opus sit, summoque animi robore, & fortitudine planè masculâ.

Virtus ergo (de moralibus est sermo) est ha-bitus perficiens rationalem naturam, voluntatemque ad recte honestaque operandum, efficienter adjuvans ac facilitans. Hoc re ipsa docet Aristoteles, dum 2. Ethic. cap. 6. virtutem esse ait, que bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit. Huic etiam conforme est, quod tradit S. Augustinus libro 83. Questionum, & 4. de Civ. cap. 21. ex Cicerone virtutem esse artem recte vivendi: quod tamen de arte objectiva, seu habitibus per artem acquisitis intelligi debet, ars enim formalis spe-ciat ad intellectum, ut constat. Ad quam rem S. Thomas hic q. 55. art. 4. de virtute loquens: Est, inquit, bona qualitas (seu habitus) mentis, qua recte vivitur, & qua nullus male uitetur: quam

Dens in nobis sine nobis operatur: quas ultimas par-ticulas addit S. Doctor propter virtutes infusas, que in hoc differunt ab acquisitis, quod non per actus nostros producantur, sed à Deo immediate infundantur.

Hinc ergo constat virtutem, prout de ea isthuc loquuntur Theologi, non consistere in actu; propter unum quippe actum non dicitur homo studiosus; sed in aliquo permanente sita est, quod potentia superadditum, eam ex se indifferentem, ad hoc vel illud objectum pronam reddit, & quodam quasi pondere inclinat: hoc vero quamdiu manet, etiam si quis non operetur, imò dormiat, nihil tamen feciū virtutem non amittit.

Præter virtutes morales seu appetitivas, jam explicatas, dantur etiam virtutes intellectuales, que intellectum ad actus veros elicendos inclinan-^{III.} ^{Propter unum} ^{actum hinc} ^{non dicitur} ^{studiosus;} ^{ad illud} ^{objectum} ^{pronam reddit,} ^{quodam} ^{quasi} ^{pondere} ^{inclinat:} ^{hoc vero} ^{quamdiu} ^{manet,} ^{etiam si} ^{quis non} ^{operetur,} ^{imò} ^{dormiat,} ^{nihil} ^{tamen} ^{feciū} ^{virtutem} ^{non} ^{amittit.}

IV. ^{Dividuntur} ^{virtutes in} ^{moralis &} ^{intellectu-} ^{les.}

quamvis multi in habitibus statuant à speciebus distinctis, ut dixi Disp. 28. de Animâ sect. secun-dâ, probabilius tamen existimo, ut loco citato fuisse declaratum est, eas à speciebus intelligibilius non distinguui. Sed perinde est quod præ-sens, quod enim illi dicunt de habitibus, nos di-cemus de speciebus. Nunc ergo ad alia per-gamus.

SECTIO SECUNDA.

Vtrum omnis habitus virtutis sit essen-tialiter virtus.

RATIO dubitandi desumitur ex dicto illo S. Thomae sect. præcedente, num. 2. relato, ^{L.} ^{status pr-} ^{Virtus est, qua nullus male uitetur: ex quibus S. sentio diffi-} ^{cultatis pr-} ^{Doctoris verbis confici videtur, eam virtutis esse} ^{ponitur.} ^{indolem, ut ad illud, quod in se quidquam mali} ^{continet, concurre-re, seu inclinare nullo modo} ^{possit, ac proinde habitum qui circa actus bonos} ^{semel versatus est, illos scilicet producendo, num-} ^{quam versari hoc modo posse circa malos. Qua-} ^{tinus itaque, utrum habitus ille, qui est virtus,} ^{sit esien-}

Et essentialiter virtus : qua de re nonnulla dicta sunt supra, Disp. 91. sect. tertia ; plenam tamen illius discussionem huc remisi.

II.
Prima sententia affirmat nullum habitum virtutis, pricipue moralis, esse essentialiter virtutem, sed eundem numero habitum esse indifferentem ad actus bonos & malos circa idem objectum elicendos : ita Scotus in 1. Disp. 17. q. 2. & in Quodl. q. 18. art. 1. Major. in 3. Disp. 36. q. 3. Durandus in 3. Disp. 33. q. 2. num. 8. & alii.

III.
Secunda sententia contrariò sententia docet, habitus virtutum moralium in nobis dari, qui ita essentialiter sunt virtutes, ut non nisi ad actus virtutum concurre possint : ita Ockam in 3. q. 10. 12. & 13. Gabriel q. 1. art. 1. Cajet. hic, q. 55. art. 1. Suarez hic, tract. 4. Disp. 3. sect. 1. Valentia Disp. 5. q. 1. p. 1. Valquez Disp. 84. cap. 2. Alfonso de Orense in 3. tract. 2. cap. 2. cum aliis.

IV.
Prima Conclusio : habitus aliqui ita ad actus bonos elicendos sunt determinati, ut non possint unquam ad actus mali productionem concurre. Hujusmodi in primis secundum communem sententiam, est habitus charitatis, seu perfecti amoris Dei super omnia ; hic enim ut constat, nullum actum malum potest producere, alioqui non efficit amoris super omnia. Eiusdem rationis est habitus inclinans ad volendum non peccare ; hic quippe habitus, si ad malum, seu ad volendum peccare inclinaret, pugnaret secum, & involveret contradictionem. Idem est de habitu qui inclinaret ad faciendum aliquid quia à Deo est praeceptum, ad omnia mandata servanda, &c.

V.
Dantur habitus aliqui indifferentes, sum ad actus bonos, sum malos producendos.

Secunda Conclusio : non est universum loquendo essentialie omni habitui virtutis, ut hoc sensu sit virtus, nempe ut non possit nisi actus bonos, seu studioflos producere, sed dantur aliqui habitus indifferentes ad actus tum bonos tum malos, virtutis & vitii producendos : ita Scotus & alii supra, numero secundo citati.

VI.
Ratio est : nam ut supra, Disp. 91. sect. 2. ostendi, sunt actus aliqui indifferentes ut ex bonis sint mali, & econtra : cum ergo habitus ad horum actuum productionem ordinentur, eosque ad pecuniam etiam corum principium respiciant, erunt eodem modo indifferentes ; nec ulla ratio est, cur habitus sint magis hac in parte limitati quam actus. Confirmatur : habitus inclinat ad actus secundum predicationem eorum intrinseca, inclinat enim ut principium eorum Physicum : seu productivum, ut ostendit Disp. 29. de Animâ, ergo ad id inclinat, quod producit, sed producit sola predicatione intrinseca actum, ergo ad ea sola inclinat. Quantumvis itaque actus, qui fertur in objectum, quod ante prohibitionem fuit honestum, erat bonus, accedente prohibitione mutetur extrinsecè, & redatur malus, cum tamen habitus eum secundum has extrinsecas denominationes non respiciat, sed merè quoad intrinseca, eodem modo actum respicit & producit, sive objectum prohibeatur, ita non.

Res clarior fiet exemplo : orationi quis aut studio per multos annos deditus, magnamque in iis facilitatem per diuturnam consuetudinem crebraque exercitationes acquires, si haec et à superiori justi de causis interdicuntur, sicque honestè iam non vacare non possit, qua antea honestissime exercerat, summa tamen animi propensione post prohibitionem ad studia ferri se sentierat ; & si ad ea se conferat, non minorem in studendo facilitatem ob habitum scilicet prius acquisitum, experientur, quam ante prohibitionem experiabantur. Habitus

itaque studii vel orationis hos actus eodem modo post probationem respicit & producit, quo antequam prohiberentur, cum tamen tunc boni essent & honesti, jam vero mali, & stante probatione circa peccatum exerceri non possint. Idem illi continget, qui ad agendum cum proximo (qua aliquos summa animi propensione, ne dicam impetu, in dies ferri videmus, nimisque se alicuius rebus cum proprii etiam profectus detimento implicare) addictus, diu se hac in re exercuerit : is inquam, si ab hac exercitatione Superioris iussu avocaretur, idem in se hac in parte experiretur, quod alter in oratione & studio.

Habitus itaque, de quibus hic loquimur, illi tantum sunt, qui respiciunt actus, quos circumstantia extrinseca bonos reddit vel malos, secundum se verò & entitatem intrinsecam nec bonitatem involvunt nec malitiam, quam solam corum entitatem cum, ut dixi, habitus respiciant, perinde actus hosce producent, quando ratione circumstantiae apposite mali redduntur, ac quando erant boni : quæ clarius adhuc constabunt ex sectione sequente.

SECTIO TERTIA.

Argumenta contendentia nullum habitum, qui semel fuit virtus, posse unquam producere actus malos.

OBLICIT itaque P. Suarez Disp. illâ 3. sect. 1. **I.** Habitum non inclinat nisi ad actus similes illis à quibus fuit comparatus, sed habitus virtutis ad actus, si comparatus fuit per actus bonos, ergo non nisi ad miles illi ad actus bonos poterit inclinare. Relpondetur iuxta quibus est dicta sectione precedente, habitum virtutis respiceret actus bonos specificative tantum, seu prædicti non impedita corum intrinseca, nempe tanquam principium habitus vir. Physice eorum productivum : cum ergo prædicata tuis posse intrinseca actus aliquius, orationis scilicet aut studiorum, qui jam est bonus, quia non prohibetur, posse actus malos accidere probatione eadem numero persistere, ut ostendimus Disp. 91. & consequenter actus fieri malus, non est cur hic habitus nequeat cætiannum Physice producere, cum sub hac tantum ratione illa respiciat, non prout sunt bona vel virtutis non mala, hoc quippe habent ab extrinseco. **Quare** **II.** **Habitus** **respicit** **actus** **ut** **sunt** **boni**, **secundum** **ad** **tantum** illa præcisè quæ respicit habitus, nesciet utrum bonus sit an malus. Idem etiam est de hujusmodi habitu, quem præcisè cernens Angelus secundum ea per quæ respicit hos actus, non sciet utrum bonus sit an malus, virtutis an vitii, sed apparebit ei indifferens.

Queres : in quo ergo statu est habitus virtutis aut vitii. Respondeo, ut sciatur utrum habitus sit bonus an malus, virtutis an vitii, spectari debent ut huiusmodi actus ad quos inclinat. Si ergo sunt actus ejusmodi, ut vitiani nequeant, nec mutari de bonis in mali, ut volitio non omnino peccandi, servandi omnia mandata Dei, & similes actus fecerit præcedente, num. 4. relati, habitus hos actus respicienes erunt essentialiter habitus boni : sicut econtra habitus respicientes actus mentiendi, blasphemandi &c. sunt mali essentialiter. Tunc ergo habitus de quibus hic loquimur fortinuntur denominationem virtutis, quando actus ad quos inclinant, verèclinant, distractant circa objectum, in quo nulla reperitur circumstantia vitians. Actus orationis exempli gratia

Habitus re-
spicit eadem
modo alia
aliquae, sive
boni sunt fe-
re mali.

Quos actus
habitus ita
indifferentes
respiciant.

Quid regis-
tatur ad hoc
ut huiusmo-
di habitus
scilicet
concepimus
virtutis.

Et habentes
dependenter
ab aliis,
ad quos in-
clinant, di-
cuntur boni
vel mali.

Oz & jejuni.